

De Augmento Monetorum

113

ipius rei, cui accedit, & male Doctores illi cum
alijs sequacibus loquuti sunt, & hac in re viri alio-
quin doctissimi errorem semper sum admiratus.
9 Item dicimus esse Accessionem tamen quandam, quia
est propriè accessio precij ad valorem; statim enim
atque pecunia charactere, & imagine Principis si-
gnata est, & auri signati nomen obtinet, & argen-
ti, apretiatur à Monetarijs iusto pretio ad quanti-
tatem auri, & argenti, vel alterius materie com-
mensurato, & illud preicum valor appellatur, unde
dicimus aureum nummum, ducatum, & si-
miles monetas valere tot florenos, tot solidos, tot
grossos, & ille valor dicitur valuta pecuniae à mer-
catoribus, & cambio, & ab illius generis trapezi-
tis; & plus est valor quam pretium, & aestimatio,
Nam licet hæc tria videantur sinonima, tamen
10 colligitur differentia apud Latinos authores, &
præsertim in materia ista, quia pretium est quid
incerti, & tribuitur unicuique materiae; valor vero
est quid certum, & illud iustum pretium, quod
monete constitutum fuit, aestimatio vero fit post
signatam monetam ad valorem pecunie consti-
tuendum: & preicum etiam dicitur à iuris autho-
ribus. l. vnic. C. de argent. pret. lib. 10 l. 2. & fi. C de
vet. num. potesta. & pecunia etiam ipsa preicum
vocatur quo cætera omnia aestimantur, & defini-
niuntur. l. 1. D. de contrahent. empt. & dixi in pri-

P

ma,